

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio Philologica De Sepultura Josephi Patriarchae**

**Carpzov, Johann Benedict  
Ibbeken, Rudolph**

**Lipsiae, 1697**

**§. I**

**urn:nbn:de:bsz:31-10271**

שׁשׁ  
§. I.



*Enati Cartesii vitam Gallica lingua descriptam, & Parisis Anno MDCXCI. editam celebrimi Actorum Eruditorum Collectores, sequenti anno MDC XCII. mense Junio recensuere. E qua post alia memoratu non indigna p. 287. referunt, ipsum Holmiae Anno M DC L defunatum, & ejus corpus in cæmetorio Orphanotrophii, ubi nunc S. Olai fanum est, sepultum. Plus quam tribus dein lustris ab ejus obitu jam exaltis, Anno nempe MDC LXVI. Alibertum, Generalem Franciæ Thesaurarium, veteris amicitie memorem, veniam impetrasse, sacrum illud depositum è Svecia in Galliam transportandi, unde solemnibus ceremoniis Cartesii cineres ac ossa in praesentia Gallici tunc Legati Terloni effossa, cuproque sarcophago inclusa fuisse; ac postmodum, cùm ineunte Anno MDC LXVII. Lutetiana delata essent, magnâ cum pompâ die sequenti 24. Junii in Basílica S. Genovefa de Monte sepulture tradita fuisse. Factumne hoc ex superstitione, an odio religionis Evangelicæ, ne inter hæreticos scilicet ossa viri Romanensium sacris, dum viveret, addicti, recubent, (quod Chanuti, Galli in Svecia Legati cautio, ne in templo Regum sepulchris superbiente terra mandaretur, sed in cæmetorio quod aliquos religionis consortes capiebat, sepeliretur, ferè arguit,) & num ab amico id ante obitum peccaverit Cartesius? non disquiremus. Res ipsa certe uti commodis carebat, nihilque sive corpori, sive animæ pridem demortui afferebat emolumenta, ita consilio inepto stolidoque acta nobis videtur.*

§. II. Fuit tamen aliquando, cùm sapienter & sancte tale quid desideraret *Josephus Jacobi filius*, pieque ejus iussa exequerentur Israëlitæ, diu post illius obitum ex Ægypto in Palestinam migrantes. Laudat enim factum Apostolus, & inter fidei documenta refert: πίστεια στην Φαραὼ της Αἴγυπτου ἐξόδος τῶν ιάνων Ἰσραὴλ εμνημόνευσε, καὶ αὐτὸν ὁ οἶκος ἐνετίθεται, Fide Josephus moriens de exitu filiorum Israel meminit, & de officiis suis mandavit, inquit Hebr. XI, 22. Dignum omnino attentione & meditatione Theologorum, qui cùm in Thesvi versantur, articulam de fide exemplo hoc egregie confirmant. Chrysostomus Homil.